

Electio facienda modum aliquot

omnes. dato signo, fufisque de more precipi- bus, de fingulis Præpofitis fux Profellionis ordine fingula habeantur fcrutinia: Scrutatores, quæ cuique contigerint, fuffragia numerent, atque in fchedula diftincte no- tent. Tum fcrutiniis abfolutis, illi cenfentur ad Generale Capitulum electi, in quos majorem eligentium numerum cenfentiffe fcrutatores fignificaverint. Quorum paria fuerint fuffragia, ex iis profellione feniore accedat: fi quæpiam ex electis Præpofitis obire diem fuum contigerit, ille fubrogatus intelligatur, qui majori fuffragiorum numero proxime fuccedit in difta fcrutatorum fchedula, quæ fatim Romam tranfmittatur Præpofito Generali, & Confultoribus, eorumdem fcrutatorum manu fubfcripta, & obfignata, refignanda videlicet ab eodem Præpofito Generali, & Confultoribus, cum fubrogatio poftulaverit.

§.3. Præpofiti fi fuerint legitime impediti, aliquem de fua Domus Vocalibus ablegare ad Provincialia hæc comitia poffint. Qui Vocalis, fi fuerit electus, non ipfe, fed Præpofitus, electus cenfeatur. Quod fi e Præpofitis aliquis neque alium miferitio fua nomine, is paffivo in eo Conventu, fuffragio ne gaudeat. Electus vero ad Comitia generalia mittere, fi fuerit impeditus e fuis Vocalibus quem liberit, poffit. Qui Conventum hunc Præpofitorum convocet, curetque, ut rite omnia peragantur, fit Seniore ex Præpofitis. Vocalium vero duplex fiat electio: Prior in fingulis domibus, uti moris eft, ad Inftituti, ac Decretorum formam, intra Italiam quidem, die Septembris prima; extra Italiam vero, prima Julii; pofterior, Septembri menfe extra Italiam, Novembri vero intra Italiam. Ex Vocalibus electis, fcilicet qui in Priori Domorum electione renunciati Vocales fuerint, alterum deinde Conventum eadem, qua Præpofiti, die, non eadem domo, fed quam Præpofitus Generalis, & Confultores deftinaverint, celebrent, atque ad eundem profus modum, eodemque fuffragiorum ritu, quo peracta eft Præpofitorum electio, fiat Vocalium, qui adire Generale Capitulum debent, quemadmodum de Præpofitis fignificatum eft.

Electio

§.4. Caveant maxime Electores in electione Vocalium, ne quem eligant tam in prima, quam in fecunda electione, qui a Definitorio nondum fuerit ad facras tum virorum, tum mulierum confelliones audiendas admiffus, neve in fecundo conventu eos, qui prima vice, ex Conftitutionum præfcripto, ad utrumque fuffragium admiffi non fuerint, nifi a die admiffionis ad paffivam vocem per fex annos eorum virtus probata fuerit. Alioquin electio fit eo ipfo nulla, abfque alia declaratione: fiquis primæ electionis Vocalis adire ex caufa fecunda comitia nequiverit, alter juxta Decreta Ordinis rite eligatur: qui autem fecundæ electionis Vocalis impeditus quavis ratione fuerit, ne ad Generale Capitulum conveniat, illi nemo fubrogetur. Porro in fecunda Vocalium ele-

ctione feniore ex illis, ut de Præpofitis diftum eft, Patres rite cogat. Suam peculiare Conventum habeant Præpofitus S. Andree Romæ, electus ejuftem domus Vocalis, & electus Domus Quirinalis, qui collatis inter fe votis, unum ex fe ipsis eligant. Hifpaniarum Præpofiti, & electi Vocales, fuum item conftituta die conventum agant, & eodem modo unum ex fe ipsis eligant.

§.5. Similiter Præpofitus, & Vocalis electus Parifienfis, ubi duo tantum fuerint, five Præpofiti, five Vocales, ii fuffragiis ne agant, fed forte: quod fi illorum alter alteri cenferit, illi Capitulum Generale adeundi jus efto. Si forte in aliquibus Comitibus nemo eligatur, profellione antiquiores electi cenferantur. Nullus autem de cætero in Vifitorem eligi poffit, nifi poftquam creatus fuerit Vocalis utriufque fuffragii, feptennium ad minus expleverit, totoque eo tempore prudentia, & probata vitæ exemplo præstaverit.

§.6. Sane in electione Præpofiti Generalis, Confultorum, & Procuratoris Generalis, juniores, cæteris paribus, feniorebus ne præferantur. Si aliqua oriatur difficultas, aut dubitatio circa prædicta, Præpofitus Generalis cum Confultoribus eam declarent, aut interpretentur, ut fit de Conftitutionibus. Poftremo præcipimus, & mandamus, ut hæc ordinationes ab omnibus, ad quos fpectat, inviolabiliter obferventur, & fiquis eas impugnaverit, aut eis parere aliqua ex parte detrectaverit, arbitrio Præpofiti Generalis, & Confultorum graviter puniatur.

§.7. Decernentes eafdem præfentes literas femper firmas, validas, & efficaces exiftere, & fore, fuosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, & illis, ad quos fpectat, & pro tempore fpectabit, pleniffime fuffragari. Sicque in præmiſſis per quofcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam caufarum Palatii Apoftolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, fi fecus fuper his a quoquam quavis auctoritate fcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.8. Non obftantibus præmiſſis, ac Conftitutionibus, & Ordinationibus Apoftolicis, necnon diftæ Congregationis, ejuſque Provincialium, & domorum Regularium quarumlibet, & aliifve quibufvis, etiam juramento, confirmatione Apoftolica, vel quavis firmitate alia roboratis ftatutis, & confuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoftolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & fingulis, illorum tenores præfentibus pro plene, & fufficienter expreffis, & ad verbum infertis habentes, illis alias in fuo robore permanfuris, ad præmiſſorum effectum hæc vice dumtaxat fpecialiter, & exprefſe derogamus, cæterisque contrariis quibufcumque.

§.9. Volumus autem, ut earundem præfentium tranſumptis, etiam impreſſis manu

Contravenientium pena.

Decretum irritans.

Contrariis tollit.

Tranſumptum ficut.

Dat. die 10. Jan. 1661. An. VI.

manu alicujus Notarii publici fubfcriptis, & figillo alicujus perfonæ in Eccleſiaſtica dignitate conftitutæ munitis, eadem profus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ præfentibus ipsis adhiberetur, fi forent exhibitæ, vel offenſe. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem fub Annulo Piſcatoris, die 10. Januar. 1661. Pontificatus noſtri Anno VI.

CCCXXVI.

Prohibitio Miſſalis Gallico idiomate impreſſi fub pena excommunicationis late ſententiæ.

Vide quartam Regulam Indicis Librorum prohibitorum, in qua prohibetur impreſſio Librorum Sacrorum vulgari lingua.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium

A Daures noſtras ingenti cum animi noſtri mœrore pervenit, quod in Regno Gallia quidam perditionis filii in pernicioſa animarum novitatibus ſtudentes, & Eccleſiaſticas Sanctiones, ac praxim contemnent, ad eam nuper veſaniam pervenerint, ut Miſſale Romanum Latino idiomate longo tot ſeculorum uſu in Eccleſia probato conſcriptum ad Gallicam vulgarem linguam convertere, ſicque converſum typis evulgare, & ad cujuſvis Ordinis, & ſexus perſonas tranſmittere auſi fuerint, & ita Sacroſancti Ritus Maieſtatem Latinis vocibus comprehenſam deicere, & protegere, ac Sacrorum Myſteriorum dignitatem vulgo exponere licetario conatu tentaverint.

Motiv.

§.1. Nos, quibus licet immeritis Vinea Domini Sabaoth a Chriſto Salvatore Noſtro plantata, ejuſque pretioſo Sanguine irrigata, cura demandata eſt, ut ſpinarum hujusmodi, quibus illa obrueretur, obviamus incremento, earumque quantum in Deo poſſumus, radices ſuccidamus, quemadmodum novitatem iſtam perpetui Eccleſiæ decoris deformatricem, inobedienciæ, temeritatis, audaciæ, ſeditionis, ſchiſmatis, aliorumque plurium malorum facile productricem abhorremus, & deteſtamur.

Miſſale Gallico idiomate impreſſum, damnatur.

§.2. Ita Miſſale prædictum Gallico idiomate a quocumque conſcriptum, vel in poſterum alias quomodolibet conſcribendum, & evulgandum, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, perpetuo damnamus, reprobamus, & interdiciamus, ac pro damnato, reprobatum, & interdictum haberi volumus, ejuſque impreſſionem, leſionem, & retentionem univerſis, & ſingulis utriufque ſexus Chriſtiſidelibus cujuſcumque gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, honoris, & præſententia, licet de illis ſpecialis, & in Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

dividua mentio habenda foret, exiſtant, ſub pena excommunicationis late ſententiæ ipſo jure incurrendæ perpetuo prohibemus.

§.3. Mandantes quod ſtatim quicumque illud habuerint, vel in futurum quandocumque habebunt, realiter, & cum effectu exhibeant, & tradant locorum Ordinariis, vel Inquiſitoribus, qui nulla interpoſita mora exemplaria igne comburant, & comburi faciant, in contrarium facientibus non obſtantibus quibſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem fub Annulo Piſcatoris die 12. Januarii 1661. Pontificatus noſtri Anno VI.

Subraditum igne comburi vult.

Dat. die 12. Jan. 1661. An. VI.

CCCXXVII.

Decernit, & declarat Reſtoribus, & Adminiſtratoribus Monaſteriorum Carmelitanarum Regni Franciæ nullum Jus, nequidem cumulative, viſitandi eadem Monaſteria competere, ſed ſolum adminiſtrationem ſpiritualem, & temporalem eorumdem ad eodem ſpectare. Decretumque, & declarationem hujusmodi ſub excommunicationis late ſententiæ pena per omnes, & ſingulas perſonas, quæ ipsis quovis modo contravenierint ipſo facto incurrenda inconcuſſe, obſervari præcipit, & mandat.

Ex Regell. in Secret. Breve.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Alias emanarunt a Nobis literæ in ſimili forma Brevis tenoris, qui ſequitur videlicet: Alexander Papa VII. ad perpetuam rei memoriam. Ad paſtorale faſtigium, nullo licet meritorum noſtrorum ſuffragio, per ineffabilem diviniæ bonitatis abundantiam eveſti, inter graviffimas, multiplicesque curas, quibus aſſidue præmimur, eam peculiari ſtudio amplectimur, ut felici Sacrarum Virginum, & honeſtarum Mulierum, quæ ſpeta ſeculi vanitate Altiffimi obſequiſ ſeſe, ſub ſuavi Religionis jugo manciparunt, regimini, & directioni opportunis rationibus conſulere fatagamus, prout matura conſideratione prævia conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Decretum alias emanatum referunt.

§.2. Nunc autem controverſias ſuper prædiſtorum Monaſteriorum Monaſtium, Carmelitanarum Excalceatarum in Regno Franciæ conſiſtentium viſitatione exortas pro commiſſæ Nobis divinitus apoſtolica diſpenſationis cura ſopire cupientes, de memoratorum Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epifcoporum, & Regularium præpofitorum, in quorum Congregatione caufa viſitationis hujusmodi iterum examinata fuit, quippe quicquam a partibus, earumque Procuratoribus, & Advocatis utrumque deductum fuit, audiverunt, conſilio, inhærentes priori memoratæ Congregationis Decreto noſtriſque literis præſentibus deſuper emanatis, ac cre-

Decretum pre-
informatum con-
firmat.

Contravenien-
tium pena.

Clausulas ad-
dit.

Contrario-
rum derogatio.

Transumptio-
rum fides.

Dat. die 13.
Jan. 1661.
An. VI.

cretum, & literas hujusmodi harum serie confirmantes, & approbantes, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus praedictis Rectoribus, & Administratores supradictorum Monasteriorum, Monialium nullum jus, ne quidem cumulative, visitandi eadem Monasteria competere, sed solum administrationem spiritualem, & temporalem ipsorum Monasteriorum ad eosdem Rectores, & Administratores spectare, tenore praesentium decernimus pariter, & declaramus; Decretumque, & declarationem hujusmodi sub excommunicationis latae sententiae pena per omnes, & singulas personas, quae illis quovis modo contravenierint, ipso facto incurrenda inviolabiliter, & inconcusse observari praecipimus, & mandamus.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas semper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, neque de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, sive intentionis nostrae, aliove quolibet quantumvis magno, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas apositionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodlibet juris facti, vel gratiae remedium impetrari, aut impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse; Sicque, & non aliter in praemissis censi, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Sedisque praedictae Nuncios, & alios quoslibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus praemissis, necnon omnibus, & singulis illis, quae in praesentis literis volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Ceterum volumus quoque, ut ipsarum praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae, munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 13. Januarii 1661. Pontificatus nostri Anno VI.

Decernit, quod Breve Sanctitatis Suae, quo statuitur Ecclesiasticos directos Dominos bonorum stabilium livelliariorum, & emphyteuticorum in Territorio Civitatis Perusinae existentium, quae per lineam finitam devolvi contigerit tene-ri de illis investire proximiores illius, per cujus obitum linea hujusmodi finita fuerit, perinde valeat, ac si narrata in illo plene verificata reperirentur; dummodo tamen laici, qui petunt renovationem non solum augeant canonem ad quinquagesimam, & solvant laudemiam juxta dispositionem dicti Brevis, sed etiam intraturas ubi, & prout in praeteritum solvi consuevit, & non alias.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. **A**lias emanarunt a Nobis ad favorem dilectorum filiorum Communitatis, & hominum Civitatis nostrae Perusinae. Literae in simili forma Brevis rectoris, qui sequitur, videlicet. Dilectis filiis Communitatis, & hominibus Civitatis nostrae Perusinae. Dilecti filii salutem, & apostolicam benedictionem. Constantis fidei, & sincere devotionis affectus, quo Nos, & Romanam reverentini Ecclesiam promeretur, ut illa vobis favorabiliter concedamus, quae vestris commodo, & utilitatibus fore conspiciamus opportuna.

§.2. Cum itaque sicut Nobis nuper exponi fecistis, bona stabilia in Territorio Civitatis nostrae Perusinae existentia, pro majori, & meliori eorum parte livellaria, & emphyteutica, ac de dominio directo Ecclesiarum, ac Monasteriorum utriusque sexus existant, & bona emphyteutica, & livellaria hujusmodi ex inveterata, & immemorabili consuetudine prioribus eorum concessionibus finitis in emphyteusim, seu livellum ab illorum Dominis semper de novo concedi soleant: Cumque si Ecclesiastici finita linea, ad quam bona praedicta concedi consueverunt, illa pro se retinere vellent, magnum exinde Incolis Civitatis, & Dioecesis Perusinae susciperent detrimentum: quinimo plerique ex iisdem Incolis ad inopiam redigerentur.

§.3. Nobis propterea humiliter supplicari fecistis, ut in praemissis opportune providere, de benignitate apostolica dignaremur; Nos igitur vos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, vestrumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilibus Fratrum nostro-

Exordium.

Expositio.

Decreti confirmatio.

Inviolabiliter observari vult.

Decreti Bonifacii VIII. derogatio.

rum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Immunitati Ecclesiasticae, & controuersis jurisdictionalibus praepositorum, consilio. Quod de caetero perpetuis futuris temporibus illi, ad quos spectabit bona supradicta directi Domini Ecclesiastici quomodocumque contigerit ea per lineam finitam devolvi, proximioribus in gradu persona illi, per cujus decessum linea hujusmodi finietur, cum augmento tamen Canonum, & solutis laudemii solitis, nec non cum obligatione meliorandi eadem bona Ecclesiastica concedere, ipsosque proximiores de illis investire omnino debeant, & teneantur, illaque pro se retinere nullatenus possint, Apostolica auctoritate, tenore praesentium statuimus, volumus, & ordinamus; sicque inviolabiliter observari, & per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de latere Legatos, aliosque quoscumque quavis auctoritate fungentes judicari, & definiti debere, irritumque, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

§.3. Quocirca dilecto filio Gubernatori dictae Civitatis nostrae Perusinae nunc, & pro tempore existenti, per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipse perse, vel alium, seu alios, easdem praesentes Literas, & in eis contenta quaecumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties per parte vestra, seu alicujus vestrum fuerit requisitus solemniter publicans, ac vobis in praemissis efficacis defensionis praesidio assistens faciat auctoritate nostra, praesentes Literas, & in eis contenta hujusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari. Non permittens, & vos per quoscumque contra praesentium tenorem quomodolibet molestari, impediri, vel inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, servataque forma Concilii Tridentini censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.4. Non obstantibus felic. recor. Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus diebus, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad iudicium non trahatur, aliisque Apostolicis, ac in Conciliis Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quarumvis Ecclesiarum, Abbatissarum, Monasteriorum, aliorumque locorum piorum quomodocumque nuncupatorum, ac qualitercumque qualificatorum, etiam juramento, confirmatione Aposto-

Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

lica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes illis alias in suo robore permanfuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 18. Decembris 1655. Pontificatus nostri Anno Primo.

G. Gualterius.

§.5. Cum autem, sicut praedicti Communitas, & Homines Nobis nuper exponi fecerunt, dilecti filii Ecclesiastici dictae Civitatis Perusinae praetendant narrata in praesentis Literis minime verificari, illisque proinde nullius valoris esse, Nobis propterea ipsi Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut ad tollendam omnem litem, & controversiam quae praemissorum occasione oriri posset, opportune desuper providere de benignitate apostolica dignaremur.

§.6. Nos igitur dictos Exponentes amplioris favore gratiae prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de memoratorum Cardinalium Immunitati Ecclesiasticae, & controuersis jurisdictionalibus praepositorum, in quorum Congregatione instantia dictorum Ecclesiasticorum pro revocatione praesentiarum Literarum sub praetextu, quod non verificarentur causa in earumdem narrativa expressa, & viceversa instantia praedictorum exponentium pro satisfactione, quatenus opus sit hujusmodi defectus attentis alijs causis urgentibus in eadem Congregatione latus deductis, respective jussu nostro propositae fuerunt, consilio, easdem praesentias Literas valere, ac firmas, validas, & efficaces existere, & fore, plenamque roboris firmitatem, & effectum fortiri, & obtinere, necnon ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari debere in omnibus, & per omnia, perinde ac si in illis narrata plene verificata reperirentur, auctoritate praedicta tenore praesentium pariter decernimus, & ordinamus; dummodo tamen Laici, qui petunt renovationem non solum augeant canonem ad quinquagesimam, & solvant laudemium juxta dispositionem dictarum Literarum, sed solvant, etiam intraturas ubi, & prout in praeteritum solvi consuevit, & non alias.

Supplicatio.

Clausulas addit.

Q 2

Non

Contraria tollit.

Dat. die 15. Jan. 1661. An. VI.

§.7. Non obstantibus præmissis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ in præfatis Literis concessimus non obstantes ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decimaquinta Januarii 1661. Pontificatus nostri Anno VI.

CCCXIX.

Confirmatio, & declaratio Constitutionum Apostolicarum de non contrahendo in favorem forensium super bonis in Statu Ecclesiastico consistentibus.

ALEXANDER EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

U T ea, quæ par est sollicitudine, commisso Nobis a Divina Majestate subditorum Sanctæ Sedis Regimini respondere, ac vigili providentia eorum utilitati prospicere valeamus, ea, quæ a Summis Pontificibus Prædecessoribus nostris de non alienandis in forenses bonis stabilibus, tam jurisdictionalibus, quam jurisdictione carentibus in nostra Ditione Ecclesiastica satis provide sancita fuerint pari Constitutione duximus innovanda.

Decretum Sixti V.

§.1. Siquidem rec. mem. Sixtus Papa V. Prædecessor noster, quo crebrius subditorum facultates auferentur, ac ne importuno in exteris transitu suorum utilitate substantiæ in alienæ mensis cederent fœcunditatem, prohibuit bona quæcumque stabilia, seu immobilia sita in statu ecclesiastico, etiam Oppida, jurisdictiones, feuda, & similia a quacumque persona in quovis statu, etiam Imperiali, Regali, ac Ducali constituta, ac etiam ecclesiastica dignitate, & speciali mentione notanda insignita in quamlibet personam extraneam, Communitatem, Collegium, ac Universitatem, quæ temporali Sedis Apostolicæ dominio subiecta non esset, ullatenus transferri, tam titulo venditionis, quam permutationis, donationis, ac locationis supra triennium, necnon in emphyteusim, feudum, livellum, pignus, seu precarium concedi, Apostolica prius non impetrata facultate, sub pena nullitatis contractuum, aliorumque gestorum. Excepit tamen ab hujusmodi prohibitoria Constitutione, census, officia, loca montium, mulierum dotes, ac ipsam Almam Urbem una cum ejus circuitu simul filios, vel heredes prædictarum, mulierum soluto matrimonio, dummodo exteri fuerint, teneri, vel infra triennium sibi in eodem statu domicilium eligere, vel dicta bona in alios præfati statim subiectos transferre, civilitatibus, si quæ fuerint, derogando sancivit.

§.2. Sed ne hominum calliditas ad subterfugia nimium studiosè proclivis, præ-

dictæ Sixti Constitutionis leges, nec quidem indireste possent eludere, fel. rec. Clem. Papa VIII., dubia quæ impostum circa ipsam oriri possent explanaturus eandem Constitutionem innovavit, ac decrevit nulli licere, præterquam Ecclesiasticis Collegiis extra ecclesiasticum statum positus, nec quidem Universitatibus, Communitatibus, ac quibusvis exteris Principibus stabilia, aliaque bona, & jura quæ pro stabilibus habentur (citra tamen loca Montium, & Officia Romanæ Curie) nedum in ejusmodi ecclesiastici status confinio, verum nec in ipsamet Urbe existentia possidere, etiam sub quovis titulo, & contractu, præterquam ex causa dotis, necnon ex quolibet dispositione tam inter vivos, quam ex Testamentis, Codicillis, Legatis, Donationibus causa mortis, & aliis quibuslibet ultimis voluntatibus, sub pena amissionis bonorum, quæ Camera Apostolica possit ipso jure, ac propria auctoritate vindicare, ac penes se, donec vita taliter disponendum duraverit, retinere, ac insuper privationis officiorum contra ipsos Tabelliones, qui de ejusmodi contractibus sese rogaverint.

§.3. Accessit itidem Constitutio sanct. mem. Pauli Papæ V. Prædecessoris nostri, qua, ut ea, quæ in superenarratis Constitutionibus Sixti V., & Clementis VIII. disposita legebantur, Pontificia auctoritatis oraculo fortius communiaret, easque quominus subverti possent, falsis interpretationibus subtraheret, ipsas declaravit, ac iussit facultatem prædictam alienandi in scriptis prius obtinendam esse, ac inde in ipso actu contrahendi exhibendam penes Notarium falsi poenam, ac amissionis officiorum Tabellionibus, privationis vero rei alienatæ contrahentibus iniiciens.

§.4. Quoniam vero nonnullis artificiose præinvenis ad contractuum securitatem cautelis aditus paruerat alienandi, etiam non impetrata a Summo Pontifice congrua facultate, fel. rec. Urbanus Papa VIII. pariter Prædecessor noster, expositas superius literas confirmavit, easque extendi ad bona in confinis Territorii Baronalis existentia, ad Castra demolita, Tenutas, & Prædia etiam non jurisdictionalia, censuque super hujusmodi bonis impositos, necnon ad jus prelationis illorum vigore resultans declaravit, terminumque trium mensium successive præfixit, intra quem unusquisque, qui nulliter contra præfatas Constitutiones contraxerat, a gestis recederet, mandans insuper Notariis omnibus, ut infra terminum supradictum in margine Instrumenti abolitionem contractus adnotare tenerentur, eisdem poenis in supradictis Constitutionibus comminatis, eos, si non paruerint, subiciens.

§.5. Ut autem quælibet dolosa conventio, quæ sub palliato dotium constituendarum prætextu in præjudicium Sanctæ Sedis iniuri possent, evitaretur, idem Urbanus VIII. recentitas literas Sixti, Clementis, & Pauli innovans, & confirmans, eandem ad quoscum-

Decretum Clem. VIII.

Decretum Urb. VIII.

CUR.

cumque contractus occasione quarumlibet dotium, etiam ratione educationis infantium, aliarumque miserabilium personarum per quascumque personas subditas, seu forenses, ac de quibuslibet bonis, jurisdictionalibus nempe, ac non jurisdictionalibus, stabilibus tamen, celebrandos extendit, absque sua, & Romani Pontificis pro tempore existentis licentia, poenamque adjecti privationis eorumdem bonorum ad favorem Camera, vel alterius inferioris Ecclesiæ, a qua contrahentes illi, recognoscerent, omnesque facultates alienandi in non subditos, acquirendi, ac domicilii non constituendi in statu ecclesiastico illuc usque contra præfatas Constitutiones concessas revocavit.

§.6. Et cum quo ferventius distorum Prædecessorum curæ novis, ac iteratis Constitutionibus inconcussa staret observantia, eo callidior nonnullorum versutia germanum earumdem intellectum invertendo, suscitaret inventa, quibus sese tuto reciperent, ac quomodolibet cum forensibus, ac exteris impune contraherent, speciosa palliatione beneplacitum apostolicum reservando, seu apponendo clausulas (quatenus non obstant Apostolica Constitutiones, ac ex nunc prout ex tunc, quando cessaverint eorum obstatula, & non alias, aliter, nec alio modo) & alias formulas, & clausulas adhibendo, quibus eorum consensus conditionaliter tantum exhiberetur, rec. mem. Innocentius Papa X. Prædecessor noster approbatis, & innovatis distorum Prædecessorum Constitutionibus, eas pariter ad contractus initos cum reservatione beneplaciti apostolici, ac cum clausulis, quatenus non obstant, & c. aliisque similibus conditionalem consensum quomodolibet inducentibus, ac jurium cessiones super stabilibus extendit, necnon etiam ad contractus celebratos (cum relatione ad minutas, & scripturas penes contrahentes existentes) & per Procuratorem, aut negotiorum gestorem vigore mandati generalis etiam cum decreto Judicis, vel per aliam quantumvis privilegiatam personam cujuscumque dignitatis, ac speciali nota recensendam, vel denique quovis juridicorum solemnitatum apparatu præmunis, cunctosque ita contrahentes poenis in supradictis Constitutionibus inflictis multandos decrevit, licentiamque in scriptis super hujusmodi contractibus implorandam a Romano Pontifice, ac in eadem serie contractus explicandam esse declaravit, derogans cuicumque Civilitati, seu Privilegio, Iudicio, aut Decreto Civilitatis, quolibet titulo etiam oneroso, ac sub quavis amplissima verborum structura concessa, subdens præterea simplicem domicilii electionem apud acta publica nequaquam suffragari, sed opus esse, ut privilegio incolatus quoad præmissa quis uti possit, vero, & realiter domicilium in Statu, vel Urbe prædictis in perpetuum, & animo permanendi constituere. Et cum præjudicium Sanctæ Sedis æque immineret si bona pro-

Decretum Innoc. X.

re.

pe Urbem constituta dictis Constitutionibus supposita nullatenus remaneant, idcirco sub eisdem quæcumque Casalia, Tenutas, & Pedicæ, sive jurisdictionalia, sive non ultra quatuor ab eadem Urbe milliaria comprehendendi mandavit. Insuper, ut eo magis dictarum Constitutionum observantia firmata remaneat, ultra eas per dictos Prædecessores comminatas addidit poenas confiscationis bonorum prædictorum, vel eorum pretii, sive solutum fuerit, sive promissum, & destinatum, & interim ad cambium, vel sub alio interfusorio penes contrahentes, vel alios relicto, si absque prædicta præcedente licentia in favorem forensis quoquo modo illorum dominus absolutus fuerit. Sin vero hujusmodi bona fideicommissa, vel Primogenitura, aliive restitutioni supposita fuerit, tunc durante vita tantum contrahentis ad Cameram, vel Ecclesiam, a qua prædicta bona recognoscerentur, spectare decrevit, sive Contractus a Tutore, vel alio quolibet administratore celebratus fuerit, poenamque ad arbitrium sui, vel pro tempore existentis Pontificis, eos, qui taliter nomine alieno contraxerint, vel consensum qualitercumque præsterint, constituendas reservavit, revocans quascumque licentias contrahendi in favorem forensium absque Romani Pontificis facultate usque illuc quomodolibet concessas.

§.7. Successive autem cunctis, qui contra tenorem dictarum Constitutionum de facto contraxisse reperiantur, terminum trium mensium, citra tamen præjudicium Camere quoad poenas vigore earum incursas præfixit, quo temporis spatio unicuique liceret, quod taliter gesserit retractare, ac in pristino statu, quo ante conventionem, erant, singula reponere, eoque elapso, ac contractibus hujusmodi non abolitis, ad Cameram bona prædicta pertineant, injungens simul Notariis quibuslibet, ut Instrumenta omnia super præmissis per eos confecta exhibere, ac revocationem gestorum omnium in eorumdem margine designare teneantur, loca autem Montium, & Officia Romanæ Curie, uti nec suorum Prædecessorum subiecta remanere Constitutionibus, ita pariter ab eisdem exempta fore, nec comprehensa censeri confirmavit.

§.8. Verum quia ad nostram notitiam devenit complures forenses præmissis nullatenus attentis bona tam feudalia, quam allodialia cum jurisdictione, & sine, in nostro statu ecclesiastico sita nihilominus possidere, eosque forsitan a tenore supradictarum Constitutionum recedendo contraxisse: Nos cuncta, quæ a præfatis Prædecessoribus nostris, ut Subditorum utilitati, ac nostri status uberiori incremento confulerent, salubriter sancita fuerint, pristina retinere observantia, eisque firmiora fulcimenta parare, eaque omnia, & singula, quæ prædictis ullatenus valeant adversari, etiam si de necessitate exprimenda forent, e medio tollere cupientes, prædictarum Constitutionum, ac omnium contrariorum quo-

Contravenitium poenæ.

quo

quo modo directe, vel indirecte adversarium, & aliorum quorumcumque de jure exprimentorum tenores, ac series, ac si de verbo ad verbum inserti fuissent, pro plene, & sufficienter expressis, ac insertis habentes.

Decreta supradictorum Pontificum confirmata.

§.9. Motu proprio, & ex certa scientia, & deque apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuo valitura Constitutione, Sixti V., Clementis VIII., Pauli V., Urbani VIII., ac Innocentii X. Prædecessorum Constitutiones, ac omnia, & singula in eis, & earum qualibet contenta, & expressa etiam forsitan desuper non enunciata confirmamus, & approbamus, ac inviolabiliter in omnibus, & per omnia observari decernimus, & mandamus.

§.10. Atque, ut singula in eisdem Constitutionibus expressa plenius executioni demandentur, hac in parte etiam eorundem Prædecessorum vestigiis inherentes, omnes, & singulas facultates, licentias, ac Indulta quæcumque super quibusvis bonis stabilibus, tenentis, ac locis tam jurisdictionalibus, quam jurisdictione carentibus, sive sint feudalia, emphyteutica, & livellaria; sive allodialia, in quocumque loco Status nostri Ecclesiastici consistentia, contrahendi, necnon illa etiam retinendi, & non habitandi in Urbe, seu nostro Statu Ecclesiastico, a Prædecessoribus nostris, vel a Nobis in favorem forensium cujusvis status, gradus, conditionis, dignitatis, ac præminentia, tam laicalis, quam ecclesiastica, etiam motu proprio, & sub quibusvis clausulis, & cautelis, derogatoriis, & revalidatoriis, necnon reintegratoriis in pristinum statum validum, quomodolibet, qualitercumque, & quomodocumque concessa, & impartita penitus, & omnino revocamus, annullamus, & abolemus, ac pro revocatis, annullatis, & abolitis haberi volumus, & mandamus.

Licentias, & facultates con eas revocat

§.11. Ceterum quoad eos, qui hæcenus contraxerunt, & bona prædicta retinuerunt, & possident, vigore licentiæ a Prædecessoribus nostris, vel a Nobis obtentæ opportuno curantes occurrere consilio, unumquemque ad illam re ipsa exhibendam in actis dilecti filii Francisci Lucarelli Notarii Camerae nostræ infra tres menses a die publicationis præsentis nostræ Constitutionis in hac Urbe faciendæ adstringimus, & obligamus, necnon infra eundem terminum ad Urbem, ac nostrum Statum respectively venire, ibique vere, ac cum effectu domicilium animo, ac proposito non recedendi amplius, perpetuoque cum familia manendi realiter constituere, prout etiam in eisdem dictorum nostrorum Prædecessorum Constitutionibus præcipitur, sub poenis in illis respectively contentis, volumus, & mandamus.

Decretum insertum

§.12. Decernentes sic, & non alias per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos, etiam causarum Palatii nostri, & Camerae Apostolicæ Auditores, ac Gubernatores, illorumque Locumtenentes, necnon Camerarium nostrum, aliosque S. R. E.

Cardinales etiam de latere Sedis Apostolicæ Legatos, districte Sedis Nuncios, & quosvis alios quavis auctoritate fungentes, & jurisdictione pollentes, etiam Cameram ipsam, & Clericos ubique, & in quavis instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum hoc sub poenis servari mandat.

§.13. Injungentes, & mandantes eisdem Legatis, Gubernatoribus, & Judicibus in toto Statu nostro Ecclesiastico nunc, & pro tempore existentibus, & eorum cuilibet, ut confirmationem, revocationem, & obligationem nostras hujusmodi, aliaque in præsentibus literis contenta ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, etiam per censuras ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia firmiter, & inviolabiliter observari faciant.

§.14. Non obstantibus omnibus quæ prædicti Sixtus, Clemens, Paulus, Urbanus, & Innocentius Prædecessores in dictis eorum literis voluerunt non obsistere, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.15. Volumus autem, quod præsentis, postquam Valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon in Acie Campi Floræ affixæ, & publicatæ fuerint, quoscumque tam in Romana Curia, & Statu prædicto, quam extra eos existentes perinde obligent, & arceant, ac si unicuique eorum personaliter, & nominatim intimata fuissent, cum verum ille non sit id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Transumptum fides.

§.16. Volumus insuper quod earum, exemplis etiam impressis manu Notarii publici, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsismet præsentibus adhiberetur, si esse ut exhibita, vel ostensa.

Sanctio personalis.

§.17. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, mandati, revocationis, annulationis, abolitionis, adstrictionis, obligationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem, Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. die 17. Feb. 1660. An. VI.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ 1661. 17. Kal. Februarii, Pont. nostri Anno VI.

CCCCXXI.

Declaratio Statuti Civitatis Bononien. excludentis feminas propter masculos a successione.

Ex Regest. in Secret. Brev.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Proccinium.

Constantis fidei, & sinceræ devotionis affectus quem dilecti filii Quadrage-

Supplicatio.

ta Viri Regiminis Bononien. erga Nos, & Romanam gerere comprobantur Ecclesiam, promeretur, ut eos specialis favore gratiæ libenter prosequamur.

§.1. Cum itaque pro parte prædictorum Quadrage. Virorum Nobis humiliter supplicatum fuerit, ut dignemur declarare Statutum dictæ Civitatis excludens feminas propter masculos in Successionibus ab intestato, comprehendere etiam feminas, quæ de tempore delatæ successione reperirentur in statu Religioso, vel alias exemptæ a jurisdictione Laicali: Hinc est, quod Nos supplicationibus hujusmodi inclinati, ac eorundem Quadrage. Virorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alioque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, de Congregationis super hujusmodi negotio a Nobis specialiter deputatæ, quæ idem negotium mature discussit, consilio, auctoritate Apostolicæ, tenore præsentium decernimus, & declaramus, quod pro hereditatibus, & successioneibus jam delatis usque in præsentem diem, neque feminæ Regularares, neque ex earum personis Monasteria, Conventus, ac Domus Religiosæ cujusvis Ordinis, vel Instituti, in quibus ipsæ feminæ hæcenus receptæ fuerint, & professionem emisserint, sub prætextu invaliditatis dicti Statuti, vel non comprehensionis in eo dictarum foeminarum Regularium, consanguineos, & atinentes, ad quos vigore dicti Statuti per longissimum tempus absque controversia, ut præfertur, observari, bona, quæ alias ad ipsas Regularares spectassent devenerunt, vel eorum Hæredes, & Successores aliquo modo super ipsis bonis molestare, perturbare, vel quomodolibet inquietare, seu etiam contra eos via juris agere valeant in futurum.

Declarat. ut in subr.

§.2. Decernentes pariter nullum jus, nullamque actionem eis competere super bonis præfatis, sine tamen præjudicio juris, quod ex causa successioneum, & hæreditatum in præteritum, & usque in præsentem diem ab eisdem foeminis Regularibus, Monasteriis, aliisque Locis Religiosis agnitarum competere possit.

§.3. Ceterum non intendimus aliquid pro nunc declarare circa validitatem, vel invaliditatem prædicti Statuti, quoad hæreditates, & successiones, tam devolvendas in futurum, quam hæcenus delatas, non tamen agnitas ut supra.

Clausula.

§.4. Decernentes etiam easdem præsentis Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam

de latere Legatos judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§.5. Non obstantibus quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non tollendo jure quaesito, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quorumvis Ordinum, Congregationum, Institutorum, Monasteriorum, Conventuum, & Locorum regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque;

Transumpti danda odes.

§.6. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, ead. prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibite, vel ostensa.

Dat. die 29. Jan. 1661. An. VI.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 29. Jan. 1661. Pontificatus nostri Anno VI.

CCCCXXI.

Confirmatio, declaratio, & extensio Constitutionis Pii Quinti de non alienandis, & infundandis Civitatibus, & aliis Locis Sedis Apostolicæ.

ALEXANDER EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proccinium.

Inter ceteras animi sollicitudines, quibus in administratione pastoralis officii, Nobis Divina providentia commissi alidue præmimur, ea vehementer urgeat, quæ Sedis Apostolicæ dignitatem, ejusque Status etiam temporalis conservationem concernit; Hac ideo ratione, licet plurimum Summorum Pontificum Prædecessorum nostrorum decreta, & litteræ provide, ac sancte condite fuerint, præsertim rec. me. Pii V. sub dat. 4. Kal. Aprilis Anno 1567. ejus Pontificatus II. tenoris subsequenti videlicet: Pius Episcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Admonet Nos suscepti curæ regiminis &c. reliqua omittuntur, quia sunt per extensum in suo ordine Tom. 4. Par. 2. fol. 364. Quæ

Pl. V. ac
Inn. IX. De
creta.

Quæ ab ejus etiam Successoribus Romanis Pontificibus fuerunt approbatæ, & confirmatæ, ac præsertim ab Innocentio Nono fel. record. cum declaratione, seu extensione in ejus literis prid. non. Nov. 1595. Pontificatus Anno Primo inserta sequentis tenoris, videlicet; Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, Quæ ab hac Sancta Sede, cui licet indigni, auctore Domino præsidemus pie, ac salubriter sancita, & ordinata noscuntur, ea ut perpetuo firma, illibataque permanent, non solum consensus, approbationis, & innovationis nostræ munimine roboranda, sed etiam declarationis præsidio quatenus expedire visum sit scienda censemus, & præcipue muneris nostri. Reliqua omittuntur quia etiam sunt per extensum in suo Pontificatu Constit. 1. Tom. 5. Par. 1. fol. 224.

Supradicta
Decreta con-
firmat.

§. 1. Nihilominus quia nonnullæ pro varietate casuum contingentium successivis temporibus excitate fuerunt dubitationes, ac improprie forsan subséquuntæ interpretationes, propterea, ut hæc quoque cessent, ac removeantur, congruum fore duximus, easdem literas in præsentia comprobare, innovare, & confirmare, ac verum illarum sensum exponere, & quatenus opus sit de novo decernere. Hæc igitur nostra perpetuo valitura constitutione, motu proprio, non ad alicujus supplicationem, vel super hoc oblatæ nobis petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, & ex certa scientia nostra, easdem Prædecessorum, & specialiter præinsertas Pii V. & Innocentii IX. ac omnia in eis contenta auctoritate Apostolica tenore præsentium comprobamus, confirmamus, & innovamus, easque inconcusse ad validissimam firmitatis robur, plenamque executionem, & effectum perpetuis etiam futuris temporibus obtinere, & ab omnibus inviolabiliter observari decernimus, præcipimus, & mandamus, Præterea ne imposterum germanus earumdem literarum sensus in dubium revocari, & a Conditoris mente recidi contingat, motu, scientia, ac deliberatione paribus, & de potestatis Apostolicæ plenitudine, habita super hoc cum Ven. Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus consultatione matura, & singulorum auditis sententiis in nostro Consistorio Secreto, ac etiam extra oretenus, & in scriptis de eorum consilio, & assensu declaramus præfatas Pii V. literas comprehendere non solum Principatus, Ducatus, Civitates, Castra, Oppida, Terras, Arces, Domina, & Loca jurisdictionales, & jurisdictionalia S. R. E., ac Sedis Apostolicæ in feudum, Vicariatum, vel alium titulum tunc concessas, & concessas, ac etiam alias aliquando, & pluries concessas solitas, & solitas quocumque tempore ad Cameram Apostolicam devoluta, Verum illas quoque, & illa, que nunquam antea in feudum, vel alio titulo concessa, sed per Cameram, & Sedem Apostolicam immediate possessa fuerunt, vel tunc possidebantur, prout etiam fel. rec. Clemens VIII.

Decretum
Clem. VIII.

Prædecess. noster suo Consistoriali Decreto die 26. Junii anno 1592. Pontificatus illius primo declaravit, cuius sequitur tenor: Clemens VIII. SS. Dominus noster dixit post editam per san. recor. Pium PP. V. Sanctitatis suæ Prædecessorem de Fratrum consilio Constitutionem de non alienandis Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis sibi, & Apostolicæ Sedi in temporalibus mediate, & immediate subiectis etiam ad illud usque tempus in feudum, atque quævis alienationis titulum dari solitis ad Sedem prædictam quomodolibet devolutis, & pro tempore devolvendis gravissimis impostis pœnis contra personas tractantes, consulentes, aut alias verba facientes de hujusmodi Civitatibus, Terrarum, Oppidorum, & locorum infeudationibus, etiam sub prætextu necessitatis, & evidentis utilitatis, sive illas insinuantes, & suadentes prout in ipsa Constitutione sub Dat. 4. Kal. Aprilis anno secundo edita sæpius postmodum per Prædecessores suos, ac novissime per Sanctitatem Suam comprobata latius continetur. Pia mem. Gregorium XIV. itidem Prædecessorem suum in Consistorio Secreto Romæ apud S. Marcum de Venetis 13. Septembris 1591. habito, sententiis tamen S. R. E. Cardinalium, qui tunc aderant, ac de quorum numero etiam Sanctitas Sua erat, minime requisitis, quinimo multis eorum expresse contradicentibus declarasse, & decrevisse, Pii Prædecessoris Constitutione præd. non prohiberi feudum nondum devolutum quando necessitas aut evidens, & vera Ecclesiæ utilitas postulerit iterum infeudari. Nec juramentum in ea præstitum similem casum comprehendere, ac neminem licite jurare posse, quod contra necessitatem, aut evidentem utilitatem Ecclesiæ sit, sique prædictam Constitutionem intelligendam judicasse, ac definitivisse, itaut nemini postea de ea aliter, quam tunc ab ipso declaratum fuit, loqui, & scribere liceret, prout in eodem Decreto, & declaratione plenius continetur.

Confirmat.
ut supra.

§. 2. Verum quia re ipsa compertum est, quod fere omnes alienationes Terrarum, Civitatum, Oppidorum, & locorum hujusmodi hætenus factæ, ex quibus magna læsio, & imminutio Patrimonii, ac existimationis S. R. E. sequuta est, etiam sub prætextu, & colore veræ, & evidentis necessitatis, vel utilitatis Prædecessoribus Sanctitatis suæ insinuatæ fuerunt, cum tamen vix ulla necessitas excogitari possit cum ex aliis bonis, aut redditibus, & proventibus quam Constitutione prædicta alienari prohibitis subveniri nequeat. Vix etiam ulla dari possit utilitas, cui non præponderet recuperatio, & realis reintegratio in Patrimonio S. R. E. earumdem Civitatum, & locorum hucusque alienatorum, cumque hujusmodi casus absolutæ necessitatis, aut veræ, aut evidentis utilitatis facilius mente, atque animo concipi, & effingi, quam usu venire possint, multo magis expedire omnem prorsus alienationem, & investituram, prorogationem, & aliarum concessio-

Salvis Decretis
Greg. XIII
& Sixti V.

Gregor. XIV.
Decretum ab-
rogat.

num quomodocumque, & sub quibuscumque causis, & prætextibus attentandi viam omnino præcludere, quam ob rarissimos casus, qui vix unquam contingere possint apertam relinquere; Cumque lucrum in tempore negligere, maximum quandoque sit Ecclesiæ lucrum, utilius esse radices omnes, ex quibus hujusmodi alienationes provenire valeant penitus evellere, quam ex eo quod aliquando possit earum aliqua utilis esse occasionem præbere, ut multæ præjudiciales, & damnosæ fiant, cui absurdo, atque incommodo ipsum Pium Prædecessorem præfatum, dictam Constitutionem non immerito occurrere voluisse, qui longe plures, & graviore jacturas ex multis perniciosis distractionibus sequi posse censuit, quam utilitatem ex paucissimis, siquæ unquam contingerent fructuosæ. Proinde Sanctitas Sua habita super hoc cum Venerabilibus Fratribus S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, & singulorum auditis sententiis, de eorum consilio, & unanimi assensu, Decretum, & Declarationem superius memoratam fel. rec. Gregorii XIV. tanquam destruens prædicti Pii Constitutionem, alienandique occasionem præbens, ac minime necessariam, & desuper forsan confectas literas, quarum omnium tenores haberi voluit pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis, auctoritate Apostolica revocavit, abrogavit, cassavit, & annullavit, perinde acsi nunquam emanassent. Declaramus dicta Constitutione prohiberi, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Feudorum, & locorum in ea contentorum tam quæ nunquam antea in feudum concessa, quam quæ alias sæpius etiam alienata, vel infeudata, ac postmodum devoluta, aut etiam nondum devoluta fuerunt alienationes, infeudationes, & prorogationes, & extensiones investiturarum, feudorum, & concessionum etiam ex causa necessitatis, aut evidentis, & veræ utilitatis factas, & faciendas. Juramentum quoque super eisdem Constitutionis observatione per Sanctitatem suam, & Successores suos, ac S. R. E. Cardinales præstitum, & præstandum, casum hunc necessitatis etiam absolute, & evidentis, & veræ utilitatis omnino comprehendere, nec propterea aliquid illicitum jurare, aut quod contra necessitatem, vel utilitatem Ecclesiæ sit, sed quod rationi consonum, atque e re illius est, ac summo opere conducit, prout eadem auctoritate declaravit, statuit, & decrevit cum clausulis, & derogationibus opportunis. Actum Romæ in Monte Quirinali die 26. Junii 1592 in Consistorio Secreto. Pariterque declaramus sub ead. Constitutione comprehendere Principatus, Ducatus, Civitates, Castra, Oppida, Terras, Arces, Domina, & Loca jurisdictionales, & jurisdictionalia, non tantum ad S. R. E. & Sedem, & Cameram Apostolicam eo tempore devoluta, aut alio quocumque titulo quomodolibet acquisita, sed quæ post eam usque in præsentia, & in futurum successivis temporibus in perpetuum sive devolutionis, sive alio quovis

Bull. Rom. Tom. VI. Par. V.

titulo quomodolibet acquisita fuerunt, & acquirentur, talis tamen Constitutionibus, pro bonis confiscatis a fel. rec. Gregorio XIII. quinto Idus Julii an. 1580. ejus Pontific. IX. & Sixti V. Kal. Julii an. 1585. ejus Pontificatus I., quibus cautum fuit, Ducatus, Domina, Vicariatus, Gubernia, Feuda, aliaque bona ad prædictam Sedem, & Cameram Apostolicam ratione delictorum, & confiscationum in casibus in eis statutis delata sub eadem Pii V. Constitutione super hujusmodi Dominiis, & jurisdictionibus in feudum, aut alias non conceden., nec alienandis edita minime comprehendendi: Declarantes tamen illas intelligendas esse, prout intelligi decernimus, & mandamus, ut Principatus, Ducatus, Civitates, Castra, Oppida, Terræ, Arces, loca, Domina, Vicariatus, Gubernia, Feuda, & loca jurisdictionalia in illis comprehensa, & ex earum dispositione confiscata, & confiscanda non subiaceant, neque subjacere debeant præfatis literis Pii V. pro eo tempore solum, quo delinquens, seu delinquentes vixerint, & investituræ, siquæ antea concessæ fuerunt, durabunt, ac personæ, seu linea in illis comprehensæ supererunt, & salvis etiam pactis in ipsis investituris contentis: Insuper eisdem motu, scientia, deliberatione, ac potestate, declaramus dispositionem præfati rec. mem. Clementis VIII. in eisdem literis VII. Kal. Julii anno 1596. ejus Pontificatus V. in quibus decrevit Civitates, Terras, Castra, & loca jurisdictionalia per Cameram Apostolicam in vim ejusd. Constitutionis emenda & acquirenda in dicta præcedenti Constitutione Pii V. per triennium a die illarum, venditionis computandum minime comprehendere, ita intelligendum esse ut statim finito dicto triennio quatenus eo durante non fuerit deventum ad illorum veram, propriam, & effectivam alienationem, Civitates, Castra, Terræ, & Loca prædicta, ipso jure, & facto censeantur unita, & incorporata eidem Sedi, & Cameræ Apostolicæ, atque subiecta, & comprehensa in præfatis Pii V. literis, etiam nulla alia facta declaratione, acceptatione, seu decreto, itaut dictus terminus trium annorum nullo pacto suspendi, prorogari, vel aliter impediri, aut retardari possit cursus illius, neque incorporatio, comprehensio, & subiectio prædicta, & ita servandum esse decernimus, & mandamus.

§. 3. Postremo statuimus, ut sicut Nos præinsertas Pii V. ac Innocentii IX., & Clementis VIII. lit. seu decretum sub die 26. Junii 1592. & omnes, & singulas Constitutiones, & Decreta tam eisdem Clementis, quam aliorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, quibus Civitates, Castra, Oppida, & alia Loca, & bona hujusmodi jurisdictionalia Sedi, & Cameræ Apostolicæ quocumque tempore unita, & incorporata, ac prædictis literis Pii V. subiecta fuerunt, & specialiter Decretum a Nobis die 20. Decembris proxime præteriti in nostro Consistorio Secreto, assentientibus pariter, &

R

appro-